Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

pacificare custodire adunare et regere diuinitus
toto orbe terrarum una cum famulo tuo papa
nro N. et antistite nro N. et rege nro N.
et omnibus orthodoxis atque catholice et apostolice
fidei cultoribus Hic fiat commemoratio viuorum
Memento domine famulorum famularumque tuarum
N. et omnium circumstantium quorum tibi
fides cognita est et nota deuocio qui tibi offerunt
hoc sacrificium laudis pro se suisque omnibus
redemptione animarum suarum pro spe salutis et
incolumitatis sue tibi reddunt uota sua eterno
deo uiuo et uero Communicantes et memo
riam uenerantes Inprimis gloriose semperque
uirginis Marie genitricis dei et domini nri ihu xpi
Sed et beatorum apostolorum ac martirum tuorum
Petri Pauli Andree Iacobi Iohannis
Thome Iacobi Philippi Bartholomei
Matthei Symonis et Thadei Lini Cle
ti Clementis Sixti Cornelii Cypriani
Laurencii Crisogoni Iohannis et Pauli